



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XIII. Cautio de clauibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

diem prædictam terram, quieto ordine valeat possidere vel dominare, & ducti & securi exinde valeant residere. Factum iudicium in loco illo publiciter.

XIII. CAVTIO DE CLAVIBUS.

DVm & per plures homines est patefactum, qualiter in Dei nomine ille, veniens in placito ante illos, vel quamplures bonos homines, aduersus hominem nomine illum, repetebat ei dum diceret, eo quod cellaria, vel camara, & granica, quicquid in eis habuit repositum, hoc est aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, annonã, vel vitalia sua, per suas claves commendasset, ad custodiendum vel ad saluandum, & ipsam rem in naufragium, vel in damnum posuit. Sed ipse ille de præsentibus adstabat, & hæc

causam nullatenus potuit denegare: sed taliter ei fuit professus, quod ipsam rem superius denominatam, per suum neglectum, & per suum facinus fuit perdita, vel naurata. Tunc taliter ei iudicauerunt, vt ipsam rem ei transsoluere vel emendare deberet, sed ipse ille nullatenus habuit, vnde ipsam rem transsoluere vel emendare deberet. Sed taliter ei fuit iudicatum, vt talem cautionem de capite suo, manu sua vel bonorum hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogaret, quod ita & fecit. Vt dum ipsam rem non habui, nec pretium vnde transsoluere vel emendare debuissim, vt quamdiu adiuuam in seruitio publico, quod mihi iniungitis, vobis deseruire debeam, & si negligens aut tardus de ipso seruitio apparuero, qualemcumque disciplinam ad alios seruos tuos impendis, talem super

me potestatem habeas ad faciendum. Et si fuerit aut ego ipse, aut vllus de meis heredibus, qui contra hanc cautionem venire aut reclamare, &c.

XIV. *CONCAMIATURA* inter duos Abates.

PLacuit auxiliante Domino, atque conuenit, inter venerabilem virum illum, Abatem de monasterio illo, vel cōgregationem monasterij sui, necnon & magnificum virum illum, de commutatione locorum, quam inter se facere deberent, quod ita & fecerūt. Per quam accepit venerabilis vir ille Abas ad opus monasterij sui in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est in ipso loco illo mansus ad manendum, casticiis superpositis, terris arabilibus, vel quicquid in ipso loco ad præsens cernitur esse pos-